UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Petro Scholastico. 395.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

diiſſet, abſurdiſsimum eſſe, vitiis noſtris omiſſis aliorum vitia inquirere, fræno linguæ iniecto, ac ſeipſo ſilentio mulctato abiit: eodem modo tu quoque obtempera, & à magiſtris ad teipſum huiuſmodi perſcrutationem conuerte.

νέσθαι, καὶ ἀκούσας ὅτι ἀτοπώτατόν ἐστι τὰ ἑαυτῶν παρέντας κακὰ, τὰ τῶν ἄλλων περιεργάζεσθαι, ἀπῆλθε χαλινὸν ἐμβαλὼν τῇ ἑαυτοῦ γλώττῃ, καὶ σιγὴν ἑαυτοῦ καταψηφισάμενος. οὕτω καὶ σὺ πείθητι, καὶ ἀπὸ τῶν διδασκάλων, πρὸς αὐτὸν τρέψον τὴν ἔρευναν.

Petro Scholaſtico. 395.

Sacrum conuentum equidem ipſe eum propriè eſſe dixerim, qui à nulla turpi permixtione contaminatur, verùm caſtitate atque aliis virtutum generibus exultat.

Πέτρῳ σχολαστικῷ. τϟε.

Πανήγυριν ἔγωγε κυρίως εἶναί φημι, τὴν ὑπὸ μηδεμιᾶς αἰσχρᾶς ἐπιμιξίας χραινομένην, ἀλλὰ τῇ ἁγνείᾳ καὶ ταῖς ἀρεταῖς ἐναβρυνομένην.

Auſonio Correctori. 396.

Prudentia, cùm pecuniarum amorem expulit, certiſſima & veriſsima res eſt ad quam iuſtitia exploretur. At ſi hunc admiſerit, ius quæſtui habere ac ſententiam adulterare minimè recuſabit.

Αὐσονίῳ κορρίκτωρι. τϟϛ.

Ἡ σύνεσις, ὅταν τὸν τῶν χρημάτων ἐξοστρακίσῃ ἔρωτα, βασανιστήριόν ἐστι δικαιοσύνης ἀψευδέστατον. εἰ δὲ τοῦτον προσίοιτο, καπηλεῦσαι τὸ δίκαιον, καὶ νοθεῦσαι τὴν ψῆφον οὐ παραιτήσοιτο.

Theodoſio Epiſcopo. 397.

Scio me perſæpe mihiipſi huiuſmodi quoddam conſilium præbuiſſe: O Iſidore, quoniam res magnę magnis periculis confici ſolent, ea, qua decet, loquendi libertate vtere. Fortaſsis erubeſcent ij, qui in peccatis erubeſcere minimè norunt. Ac quidem fortaſſe aliquid efficies. Sin autem aliquid etiam iniucundi patiaris, cum Prophetis & Apoſtolis, atque aliis ſanctis viris patieris, cum quibus tibi, qui vnus è vulgo es, optandum eſt, etiamſi non in virtutibus, at certè in perpeſsionibus numerari. Verùm ad hunc modum contrà mihi ipſi reſpondi: Aliis quidem in rebus præclarè loqueris, ac tibi morē gerere paratus ſum. At quonam pacto liberè loquemur? Sicne vt meram libertatem adhibeamus, an vt ipſam ſanitatem temperemus? Quoſdam enim noui, qui acri ac vehementi obiurgationis genere ſanati ſunt: quoſdam rurſum, qui eo obtriti ſunt, atque ad grauiorem improbitatem eruditi: alios denique, qui moderatam admonitionem atque orationis libertatē ludibrio habuerunt, eámq;

Θεοδοσίῳ ἐπισκόπῳ. τϟζ.

Οἶδα πολλάκις ἐμαυτῷ παραινέσας τοιαῦτά τινα, ὦ Ἰσίδωρε, ἐπειδὴ τὰ μεγάλα πράγματα μεγάλοις κινδύνοις φιλεῖ κατορθοῦσθαι, χρῆσαι τῇ πρεπούσῃ παῤῥησίᾳ. τάχα πως ἐρυθριάσουσιν, οἱ μηδὲ ἐρυθριᾶν ἐν τοῖς πταίσμασιν εἰδότες. ἴσως μὲν γὰρ κατορθώσεις. εἰ δέ τι καὶ πείσαιο ἄχαρι, μετὰ τῶν προφητῶν, καὶ τῶν ἀποστόλων, καὶ τῶν ἄλλων ἁγίων πείσῃ, μεθ' ὧν σοι εὐκταῖόν ἐστιν ἑνὶ τῶν πολλῶν ὄντι, εἰ καὶ μὴ ἐν τοῖς κατορθώμασιν, ἀλλ' οὖν γε ἐν τοῖς παθήμασιν ἀριθμεῖσθαι. ἀλλ' ἀνταπεκρίθην ἐμαυτῷ λέγων, ὅτι τὰ μὲν ἄλλα εὖ λέγεις, καί σοι ἕτοιμός εἰμι πείθεσθαι. πῶς δὲ δὴ παῤῥησιασόμεθα; ἆρα ἀκράτῳ τῇ παῤῥησίᾳ χρησάμενοι, ἢ κεράσαντες αὐτὴν προσηνείᾳ; οἶδα γάρ τινας μὲν ὑπὸ τῆς σφοδρᾶς ἐπιτιμήσεως ἰαθέντας, τινὰς δὲ ἐπιτριβέντας, καὶ εἰς χαλεπωτέραν παιδοτριβηθέντας κακίαν. ἄλλους δὲ τῆς μετρίας συμβουλῆς καὶ παῤῥησίας καταγελάσαντες,

καὶ